Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26934
Copyright: Admont, Benediktinerstift



N. 58.

INNOCENCIUS. EPC. SERVUS. SERVORUM. DEI. DILECTO. FILIO SUO. GOTFRIDO.
Abbi monasterii quod domnus dicatur in salzpurgensi parrochia situm. eiusq; successoribus regulariter instituendis in perpetuum.
Cum omnibus ecclesiis et ecclesiasticis personis ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio debitores existamus. illos tam paternis affectibus nos conuenit amplius confouere qui postpositis rebus sectarius omnipotentis dei seruitio se arctius alligarunt. Quia propter dilecte in domino fili Gotfride abbas tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus et monasterium admuntense cui auctore deo presides. sub apostolice sedis tutela et protectione suscipimus et presenti scripti paginam communimus. Quod utique aedificatum tempore domni Gebehardi salzpurgensis archiepiscopi felicis memorie constat esse constructum in sua diocesi atque multis bonis ditatum. Insuper etiam quascumque possessiones quecumque bona a prefato Gebhardo seu a successore suo Tyemone archiepiscopo seu aliis dei fidelibus indecimis uel donationibus aliorum agrorum collata sunt. uel in posterum offerri contigerit. in terris uineis. uel quibuslibet aliis possessionibus aut quecumque concessione pontificum largitione regum uel principum. oblatione fidelium seu aliis iustis modis. idem cenobium acquisierit. presentis uobis scripti paginam confirmamus. Nec episcopo nec abbati ipsi nec persone alicui facultas sit bona eiusdem cenobii in feudum siue beneficium siue consensu meliorum et discretorum fratrum aliquibus dare. nec modis aliis alienare. Sane sepulturam ipsius loci liberam esse censemus. ut qui se illic sepeliri deliberauerint nisi excommunicati sint. extreme uoluntati eorum nullus obsistat. Laicos